minus quindecim annis implevit. tales enim ordinari præcipimus, legitima videlicet parte curiæ & fisco danda, si in clero constituti, monacho condecentem vitam impleverint. Si vero post clericatus honorem aliquis eorum uxorem duxerit, aut concubinam habuerit, curiæ & officio, cujus fortunæ subjacebat, reddatur: etiam si maxime tali ecclesiastico gradu tenebatur, in quo quis constitutus non prohibetur sacris canonibus & legibus uxorem accipere. Hoc autem & super aliis omnibus monachis [1] tenere sancimus, qui de monasteriis ad quemlibet ecclesiasticum transferuntur gradum, etiam si nulli fortunæ subjecti fuerint. Et generaliter sancimus, nulli [2] licere in quolibet ecclesiastico gradu constituto, discedere ab eo, & secularem fieri, scientibus tale aliquid facientibus, quia & quasi apposito sibi cingulo aut dignitate aut militia nudabuntur, & curiali fortunæ propriæ civitatis tradentur. Qui autem ante [3] nostram legem clerici ordinati sunt ex [4] curiali fortuna: per substitutas personas pecuniaria munera complere, a corporalibus autem liberos servari.

CAP. XVI.

Ut ordinationes gratis [5] fiant.

SEd neque clericum cujuscunque gradus dare aliquid ei a quo ordinatur, aut alii cuilibet personæ permittimus: solas autem præbere cum consuetudines [6] iis, qui ordinantium ministrantes sunt, ex consuetudine accipientibus, unius [7] anni emolumenta [8] non transcendentem. In sancta vero ecclesia in qua constituitur, sacrum complere ministerium, & nulla penitus propriis clericis [9] dare pro sua insinuatione: nec ob hanc causam propriis emolumentis aut aliis portionibus hunc privari. Sed neque [10] xenodochum, aut nosocomum, aut ptochotrophum, aut alium quemlibet venerabilis domus gubernatorem, aut quamcunque ecclesiasticam solicitudinem agentem, dare aliquid illi a quo constituitur, aut alii cuicunque personæ pro commissa sibi gubernatione. Qui vero præter hæc quæ disposuimus, aut dat, aut accipit, aut mediator [11] fit, facerdotio aut clero hujusmodi commisse sibi cujuscunque gubernationis [12] nudabitur, iis quæ accipiuntur vindicandis venerabili loco, cujus talis persona ordinationem aut solicitudinem aut gubernationem accipit. Si autem secularis [13] sit qui accipit, aut mediator factus est: quod datum est, duplum repetitur, & venerabili loco in quo talis persona ordinationem aut gubernationem aut solicitudinem susceperit, præbeatur. Si quis autem clericus cujuslibet gradus, sive gubernator cujuslibet venerabilis domus, aut ante ordinationem commissam sibi cujuscunque gubernationis aut solicitudinis, aut postea aliquid voluerit suarum rerum offerre [14] ecclesiæ in qua ordinatur, aut loco cujus gubernationem aut solicitudinem suscepit: non solum non prohibemus hoc fieri, sed etiam magis invitamus eos talia pro salute animæ suæ facere. Nos enim illa solum dari prohibemus, quæ propriis personis quibusdam præbentur, non [15] quæ sanctis ecclesiis, aut aliis venerabilibus locis offeruntur.

CAP. XVII.

Quomodo servus [16] ordinari possit, aut adscriptitius.

SI servus [17] sciente [18] & non contradicente domino in clero ordinatus fuerit: ex hoc ipso quod constitutus est, liber & ingenuus erit. Si vero ignorante domino ordinatio fiat: licet domino intra [19] spatium unius anni & servilem fortunam probare, & suum servum recipere [20]. Si vero servus sciente domino sive inscente (sicut diximus) eo quod in clero constitutus est, liber factus ecclesiasticum ministerium obtinuerit, & ad secularem transierit vitam: suo domino ad servitium tradatur. Adscriptitios [21] autem in ipsis possessionibus, quarum sunt adscriptitii, clericos etiam præter voluntatem dominorum fieri permittimus: ita tamen, ut clerici facti impositam sibi agriculturam adimpleant.

CAP. XVIII.

De ædificatoribus ecclesiarum [22].

SI quis oratorii domum fabricaverit, & voluerit in ea clericos ordinare aut ipse, aut ejus heredes: si expensas ipsis clericis ministrant, & dignos denominant [23], denominatos ordinari. Si vero qui ab eis eliguntur, tanquam indignos prohibent sacræ regulæ ordinari: tunc sanctissimus episcopus quoscunque putaverit meliores, ordinari procuret. Sancimus autem reverendissimos clericos suis ecclesiis obsecundare, & omne eis competens ecclesiasticum ministerium [24] adimplere: hoc requirente uniuscujusque civitatis sanctissimo episcopo, & cujuscunque ordinis ecclesiastici primatibus, eos qui hoc non custodiunt, regulari multæ subdentibus.

CAP. XIX.

Ut omnes Clerici res suas in sua potestate habeant.

PResbyteros [25] autem & diaconos & subdiaconos, cantores & lectores, quos omnes [26] *clericos* appellamus, res quolibet modo ad eorum dominium venientes habere sub sua potestate præcipimus, ad similitudinem castrensium peculiorum [27], & donare secundum leges, & in his testari, licet sub parentum sint potestate: sic tamen, ut horum filii, aut his non existentibus, parentes eorum legitimam partem ferant.

CAP. XX.

Quibus pœnis subjiciantur Clerici, qui falsum tulerint testimonium.

REverendissimis [28] autem presbyteris aut diaconis etiam, si inventi fuerint pro [29] pecuniaria causa falsum [30] perhibuisse testimonium: sufficiat pro verberibus, tribus [31] annis separari a sacro ministerio, & monasteriis [32] tradi. Pro criminalibus autem causis si falsum testimonium dixerint: clero nudatos, legitimis subdi pœnis præcipimus: reliquos autem omnes in aliis etiam ecclesiasticis ordinibus constitutos, si falsum testimonium cujuslibet causæ, sive pecuniariæ sive criminalis dixisse convincantur, non solum ecclesiastico officio repelli, sed etiam verberibus subdi.

CAP. XXI.

Ut Clerici [33] apud proprium conveniantur episcopum [34].

SI quis contra aliquem clericum aut monachum, aut diaconissam, aut monastriam, aut ascetriam habeat aliquam actionem, adeat prius sanctissimum episcopum, cui horum unusquisque subjacet: ille vero causam inter eos judicet: & si quidem utraque pars iis quæ judicata sunt, acquieverit: jubemus per [35] loci judicem hoc executioni perfectæ contradi [36]. Si quis autem litigantium intra decem dies contradicat [37] iis quæ judicata sunt, tunc locorum judex causam examinet: & si invenerit judicium recte factum, etiam per sententiam propriam hoc confirmet, & executioni propriæ tradat, quæ judicata sunt: & non liceat secundo [38] in tali causa victo appellare. Si vero judicis sententia contraria [39] fuerit iis, quæ a Deo amabili episcopo judicata sunt: tunc locum habere appellationem contra sententiam judicis, & hanc secundum legum ordinem referri & exerceri. Si tamen ex imperiali jussione [40] aut judiciali præcepto episcopus judicat inter quascunque personas: appellatio ad imperium, aut ad eum qui transmisit negotium, referatur. §. 1. Si vero crimen fuerit quod adversus quamlibet memoratarum reverendissimarum personarum inferatur, si quidem apud episcopum aliquis accusatur, & ipse veritatem invenire potuerit: ab honore aut gradu [41] hunc secundum ecclesiasticas regulas dejiciat, & tunc [42] competens judex hunc comprehendat, & secundum leges litem examinans causæ finem imponat. Si vero prius civilem judicem adeat accusator, & crimen per legitimam examinationem potuerit approbare, tunc episcopo locorum gesta monumentorum palam faciat: & si ex his agnoscatur proposita crimina commississe eum, tunc ipse episcopus hunc secundum regulas ab honore sive gradu quem habet, separet: judex autem ultionem ei inferat legibus congruentem. Si vero episcopus putaverit gesta non juste confecta: tunc liceat ei deferre [43], & nudare honore seu gradu accusatam personam: ita tamen, ut hujusmodi persona sub legitima cautela fiat [44], & ita ad nos negotium tam ab episcopo quam a judice, referatur, ut nos hoc cognoscentes, quæ nobis videntur, jubeamus. §. 2. Si quis autem pro pecuniaria causa contra aliquem omnium memoratarum personarum habuerit actionem aliquam, & episcopus distulerit inter eas judicare: licentiam habeat actor [45] civilem judicem adire: ita tamen ut accusata persona nullo modo cogatur fidejussorem dare, sed solam [46] cautionem fine jurejurando cum hypotheca fuarum rerum exponere. Si vero pro criminali causa accu-

1 Vid. Jul. *hic n.* 410. 2 *Nov.* 5. c. 7. 3 Vid. Jul. *hic n.* 451.
4 Vid. *l.* 21. *C. de episc. & cler.* 5 Jul. *hic num.* 452. *in fin.* adde *Nov.* 56. c. 1. *Nov.* 137. c. 2. *l.* 1. *ff. de ambitu.* c. 28. *Apost.* & 3. *Ecl.* 1. c. 31. 6 Vid. *cap.* 3. 8. *h. t.* 7 Et si quædam ejus pene generis dicta sint, c. 3. *supr. hic.* non puto tamen alibi jure civili manifestius Annuarum originem, quam ex hoc loco ostendi: quum tamen nonnulli referunt ad Bonifacium IX. alii ad Joannem XXII. *teste Platina.* Id genus vehiculis Concilio Basiliensi *Sessione* 21. & in Gallia, damnatum fuit, ut ex edicto Caroli VI. & Parisiensi senatusconsulto anni 1406. 1407. apparet, qui Notas Jus Molinæus addidit. videbis itaque Tractatum ejus de *Annatis.* Movebantur autem Galli loco illo scriptura & Samuelis 1. *Reg.* 12. Loquimini de me coram Domino, & coram Christo ejus: utrum bovem alicujus tulerim vel asinum: si oppressi aliquem, si de manu cujusquam munus accepi: & restituam vobis. sic dixerunt. Non es calumniatus, neque oppressisti nos &c. Movebantur etiam dicto Pauli *Actor.* 20. Argentum & aurum nullius concupivi, sicut ipsi scitis, quoniam ad ea, quæ mihi opus erant & his, qui mecum sunt, ministraunt manus istæ. Ego enim (inquit Apostolus) quoniam post discessum meum introibunt lupi rapaces in vos, non parcentes gregi. Movebantur & illo Ezechielis 34. Facti sunt greges mei in rapinam, & oves mea in devorationem, eo quod non erat pastor. Neque enim quæsierunt pastores gregem meum: sed pascebant pastores semetipsos, &c. Moveri etiam poterant aures lege 31. *C. de episc.* Movebantur quoque constitutione D. Ludovici, data anno 1267. qua cavebatur, beneficiarios eligi antehiac dari electionis causa. Superiora edicta Galli confirmarunt Pragmatica Sanctione (quam constitutionem per eminentiam vocant Galli, *La pragmatique sanction*) lata sub Carolo VII. anno 1438. Biturigibus, autoritate Synodi Constantiensis & Basiliensis permoti. vide Duarenum *in Defensione libertatis Gallicæ*, *num.* 14. 15. Cui sanctissimæ constitutioni multum derogatum est a Francisco, concordia quadam his in rebus inita cum Leone X. Pontifice Romano, quam constitutionem Galli *Concordat* nuncupant. De annatis adde Duarenum 8. *de benefic.* 3. 8 Δίαιτα, Scrimg. *hic.* 3. *Ecl.* 1. c. 31.
9 Σενοδοχεῖαι *Græci hic*, conclericis, Jul. *hic.* 10 Ut locorum venerabilium administratores sine pecunia fiant, vid. Jul. *hic n.* 453. 11 Dixi ad c. 2. *supr. hic.* 12 Διοικήσεως *Græci hic.* Inde nomen diœcesis usitatum. 13 Κοσμικὸς, *Scr.* laicus. Jul. *c.* 453.
14 De administratoribus venerabilium locorum res suas offerentibus, vid. Jul. *hic num.* 454. 15 Adde *d. c.* 2. *in pr.* 16 Si servus clericus fiat, Jul. *eiusdem num.* 454. Goth. Vid. Petr. Gudelin. *de jure novissime lib.* 1. *cap.* 4. *n.* 2. & 6. Anf. 16 Hinc simpta est Authentica, *Si servus, C. de episcopis.* 18 Adde *l.* 4. *C. de præpos. facti cubiculi*, *l.* 6. *l.* 7. *C. qui militare.* 19 Novella Leonis non sit liber, si episcopatum adipsiscitur ignorante domino: retrahitur enim in servitutem *Novell. Leonis* 11. adde *Nov. ejusdem* 9. & 10. 20 Paulus eodem modo Onesimum ad Philemonem remittit. vide epistolam Pauli ad Philemonem. Clementem *c.* 82. adde Cujac. 20. *de praescript. III. Decimum.* 21 Si adscriptitius clericus fiat, Jul. *hic num.* 456. adde *l.* 16. *Cod. de episcopis.* hinc simpta est Authentica, *Adscriptitius. Cod. de episc.*
22 De clericis electis ab ædificatoribus venerabilium locorum vel heredibus eorum, Jul. *hic n.* 457. 23 De jure patronatus ecclesiastici dictum *Novell.* 57. *c.* 2. quibus adde Duarenum 5. *de sacris ecclesiæ ministeriis*, ubi fusius docet, quale sit nominationis aut præsentationis jus & ut competat iis, qui patroni ecclesiarum dicuntur, adde Viglium 5. *Methodi juris Pontificii* 14. ubi tradit, quæ juris patronatus causa sint, quibus competat, quod sit jus patronatus. Pollis & ejusdem Duareni tractatum de nominatione Regia in ordinandis antistitibus adjungere 5. *de benefic.* 12. Pollis etiam ex eodem adere, de scholastica nominatione in Gallias admodum usitata *c.* 13. quis nominari possit 14. quomodo fit concipienda nominatio 15. apud quos nominari oportet 16. de prohibitione ad denunciationem, quam insinuationem vocant C. de effectu nominationis 6. sed nemo fusius de nominationibus scripsit Rebuffo in suo nominationum tractatu, quem vide. adde Socin. *reg.* 217. 24 De clericis ministerium adimplentibus. Jul. *hic num.* 458. 25 Hinc sumpta est Authentica, *Presbyteros. C. de episc.* 26 Clericorum nomen generale, *l.* 34. *C. de episc. & clerie.* 27 De peculio quasi castrensi, & significatione clericatus Jul. *hic n.* 459. adde *l.* 52. *C. de episc. & clerie. l.* 2. *Cod. Theod. de episc.* 16. *quæst.* 1. *de monachis.* 28 Hinc sumpta est Authentica, *Presbyteri, C. de episc.* 29 Hujus constitutionis meminit Leo *Novell.* 76. 30 De testimoniis clericorum Jul. *hic num.* 460. 3. *Eclog.* 1. *c. περὶ ψευδομαρτύρων*, id est, qua pœna puniendi sunt clerici, si falsum testimonium dixerint, & ita hoc capite de foro ecclesiastico tractatur. 31 Nota de triennali privatione ministerii, seu potius suspensione ministerii. De pœna suspensionis benedicti, v. Clar. 5. *sent.* §. *ult. quæst.* 75. *l.* 8. *ff. de pœn.* 32 De detrusione in monasterium aliisi dicam. 33 Adde, & Monachi, & diaconi, & altcetrie, Jul. *hic n.* 461. Forum itaque Clericorum observa. 34 Cum in civili, cum criminali causa, Jul. *ibid.* 35 Judex civilis mandat executioni sententias probatas ab episcopo. 36 Hinc sumpta est Authentica, *Si quis litigantium. C. de episc. aud.* 37 Et appellet. Nota. Justinianj tempore appellationes a sententia episcopi ad judicem civilem receptas fuisse. 38 Nota calum, in quo secundo appellari non potest. 39 Judex civilis cognoscens de sententia episcopi, potest eam comprobare vel infirmare. 40 A delegato Principis, Principes ipse appellatur. 41 Clericus criminum reus degradatur ab episcopo. Eodem modo. *l.* 8. *ff. de pœn.* 42 De detrusione in monasterium aliisi dicam. 43 Adde, & Monachi, & diaconi, & altcetrie, Jul. *hic n.* 461. Forum itaque Clericorum observa. 34 Cum in civili, cum criminali causa, Jul. *ibid.* 35 Judex civilis mandat executioni sententias probatas ab episcopo. 36 Hinc sumpta est Authentica, *Si quis litigantium. C. de episc. aud.* 37 Et appellet. Nota. Justinianj tempore appellationes a sententia episcopi ad judicem civilem receptas fuisse. 38 Nota calum, in quo secundo appellari non potest. 39 Judex civilis cognoscens de sententia episcopi, potest eam comprobare vel infirmare. 40 A delegato Principis, Principes ipse appellatur. 41 Clericus criminum reus degradatur ab episcopo. Eodem modo. *l.* 8. *ff. de pœn.* 42 De detrusione in monasterium aliisi dicam. 43 Adde, & Monachi, & diaconi, & altcetrie, Jul. *hic n.* 461. Forum itaque Clericorum observa. 34 Cum in civili, cum criminali causa, Jul. *ibid.* 35 Judex civilis mandat executioni sententias probatas ab episcopo. 36 Hinc sumpta est Authentica, *Si quis litigantium. C. de episc. aud.* 37 Et appellet. Nota. Justinianj tempore appellationes a sententia episcopi ad judicem civilem receptas fuisse. 38 Nota calum, in quo secundo appellari non potest. 39 Judex civilis cognoscens de sententia episcopi, potest eam comprobare vel infirmare. 40 A delegato Principis, Principes ipse appellatur. 41 Clericus criminum reus degradatur ab episcopo. Eodem modo. *l.* 8. *ff. de pœn.* 42 De detrusione in monasterium aliisi dicam. 43 Adde, & Monachi, & diaconi, & altcetrie, Jul. *hic n.* 461. Forum itaque Clericorum observa. 34 Cum in civili, cum criminali causa, Jul. *ibid.* 35 Judex civilis mandat executioni sententias probatas ab episcopo. 36 Hinc sumpta est Authentica, *Si quis litigantium. C. de episc. aud.* 37 Et appellet. Nota. Justinianj tempore appellationes a sententia episcopi ad judicem civilem receptas fuisse. 38 Nota calum, in quo secundo appellari non potest. 39 Judex civilis cognoscens de sententia epi-

satio contra aliquam memoratarum personarum proponatur, sub legitima cautela accusata fiat persona. Si autem [1] ecclesiastica causa est, nullam communionem habeant judices civiles circa talem examinationem, sed sanctissimus episcopus secundum sacras regulas causæ finem imponat.

CAP. XXII.

Ut Episcopi apud proprium conveniantur metropolitanum: & ut cavere pro lite non teneantur.

SI quis vero sanctissimorum episcoporum ejusdem synodi dubitationem [3] aliquam adinvicem habeat, sive pro ecclesiastico jure, sive pro aliis quibusdam rebus: prius metropolita [4] eorum cum aliis de sua synodo episcopis causam examinet & judicet: & si non rata habuerit utraque pars quæ judicata sunt, tunc [5] beatissimus patriarcha diœcesseos illius inter eos audiat, & illa determinet quæ ecclesiasticis canonibus & legibus consonant: nulla parte ejus sententiæ contradicere valente. Si autem & a clero, aut alio quocunque aditio contra [6] episcopum fiat propter quamlibet causam: apud sanctissimum ejus metropolitam secundum sacras regulas & nostras leges causa judicetur: & si quis judicatis contradixerit, ad [7] beatissimum archiepiscopum & patriarcham diœcesseos illius referatur causa, & ille secundum canones & leges hujus præbeat finem. Si vero contra metropolitam [8] talis aditio fiat ab episcopo, aut clero, aut alia quacunque persona: diœcesseos illius beatissimus patriarcha simili modo causam judicet. Pro omnibus autem causis, pro quibus apud proprium metropolitam, aut patriarcham, sive apud alios quoscunque [9] judices episcopi conveniantur, nullæ fidejussiones aut cautiones pro lite exigantur: sic tamen, ut isti studeant illatis sibi causis semetipsos absolvere.

CAP. XXIII.

Ut Oeconomi & similes apud proprium episcopum conveniantur.

OEconomos [10] autem, & xenodochos, nosocomos, ptochotrophos, & aliorum venerabilium locorum gubernatores, & alios omnes clericos, jubemus pro creditis sibi gubernationibus apud [11] proprium episcopum cui subjacent, convenire, & rationem suæ gubernationis facere, & exigi quod ex ipsis debentes ostenduntur illi venerabili reddendum domui, ex cujus ordinatione debitum apparuerit. Si vero putaverint se gravari: post repetitionem [12] metropolita [13] causam examinet. Si vero metropolita fuerit contra quampiam prædictarum personarum hujusmodi causas examinans, & debitum exegerit, & exactus putaverit se gravatum [14]: diœcesseos illius beatissimus patriarcha causam determinet: non enim concedimus prædictis personis pro memoratis causis ante examinationem & exactionem debiti proprios episcopos declinare, & ad alia venire judicia. Si quis autem ex ecclesiasticis cui aliqua talis dispensatio credita est, ante rationum expositionem, & debitorum solutionem moriatur, jubemus ejus heredes [15] simili modo & rationibus & exactionibus subjacere.

CAP. XXIV.

Ut episcopi illic ubi deliquerint [16], conveniantur.

SI quis episcopus aut clericus ex quacunque provincia in Constantinopoli reperiatur, & voluerit aliquis adversus eum actionem proponere: si quidem litis contestatio in provincia pro ipso negotio facta est, ibi litem compleat. Si vero nondum inchoata est: apud gloriosissimum præfectum Orientis prætoriorum, aut apud eos qui a nobis fuerint deputati judices, convenientibus eum respondere.

CAP. XXV.

De Apocrisiariis [17].

REverendissimi vero apocrisiarii [18] cujuscunque sanctissimæ ecclesiæ, qui in regia civitate degunt, aut ad beatissimos patriarchas, aut ad metropolitas a suis episcopis ordinati & destinati, neque pro suis episcopis, neque pro causa ecclesiæ, aut pro debito publico aut privato aliquam conventionem sustineant, nisi mandatum habuerint a suis episcopis, aut œconomis, ut aliquos conveniant. Tunc enim solis illis, qui ab eis conveniuntur, damus licentiam si quam obligationem habent contra ecclesiam aut contra episcopos eorum, proponere. Si vero & in quibusdam causis vel actionibus semetipsos obligatos fecerint, in tempore in quo responsa faciunt, pro his conventiones [19] suscipiant.

CAP. XXVI.

Ne episcopi legationis tempore conveniantur.

SI vero episcopi vel clerici pro [20] civitate aut pro suis ecclesiis propter suam legationem [21], aut ordinationem episcopi, ad regiam civitatem, vel ad aliam quemlibet locum proficiscuntur, jubemus eos nullam molestiam aut importunitatem a qualibet persona sustinere: licentia existente iis, qui obligatos eos putant se habere, postquam ad provinciam revertuntur, convenire eos, nullo in iis quæ se putant habere, eis faciendo prædudicio de temporalibus præscriptionibus, propter tempus quod in tali causa protraxerint.

CAP. XXVII.

Ut monachi per procuratorem se defendant: & de quæstitate sportularium.

SI quando autem causa emersérit, ut admonitio aut executio [22] inferatur pro qualibet pecuniaria causa sive publica, sive privata: clerico aut monacho, aut monastriæ, aut cuicunque monasterio, & maxime fœminarum: jubemus sine injuria, & cum competenti honore admonitionem fieri, non tamen monastriam aut ascetriam monasterio [23] abstrahi: sed procuratorem ab eis ordinari, qui pro causa respondeat. Monachis autem liceat sive per se, sive per procuratorem monasterii causas agere: sciente qui hoc prævaricatur judice, vel executore, quia & cingulo spoliabitur, & pœnam quinque librarum auri exigetur per magnificentissimum comitem privatarum rerum: executore videlicet super hoc verberando, & in exilium dirigendo: locorum sanctissimis episcopis provisuris, ut nihil his contrarium fiat: aut si aliquid committatur, memorata ultio procedat. judicem vero vindictam differentem imponere, ad scientiam nostram episcopus referat.

CAP. XXVIII.

De modo sportularum [24] in personis clericorum.

SPortularum [25] vero nomine omnem personam in quocunque ecclesiastico officio constitutam, & ad hoc diaconissam & monacham, aut ascetriam aut monastriam pro omni criminali, & pecuniaria causa, cujuscunque quantitatis sit, sive a clerico, sive a quolibet in militia constituto admonitionem suscipiant aut in regia civitate, aut in provinciis quibus degunt: nec amplius quatuor siliquis dare permittimus. Si vero ex nostra jussione aut ad judicem, aut ad beatissimum patriarcham missus executor in alias provincias, admonitionem offerat alicui memoratarum personarum: non ultra unum solidum accipiat. Si vero pro una eademque causa multas ex memoratis personis admoneri contingat; unam & solam personam pro omnibus sportulas dare sancimus. Episcopus vero pro [26] rebus ecclesiæ suæ nullam exactionem molestiamque sustineat sportularum, si pro talibus causis admoveatur exactio: actiones videlicet contra ecclesiam propositas œconomis suscipientibus, aut illis qui in eam causam ordinati sunt. Qui vero contra hæc exigere [27] sportulas præsumpserit: in duplum quod accepit, exactæ personæ reddere compellatur: &, si quidem militat, cingulum perdat: si vero clericus fuerit, a clero removeatur.

CAP. XXIX.

Ne clerici mulieres superinductas in [28] propriis domibus habeant, episcopi vero nullas.

PResbyteris autem & diaconis, & subdiaconis, & omnibus in clero conscriptis, non [29] habentibus uxores secundum sacros canones, interdicimus etiam nos secundum sanctarum regularum virtutem, mulierem aliquam in propria domo superinductam [30] habere: tamen citra matrem, aut sororem [31], aut filiam, aut alias personas quæ omnem suspicionem [32] effugiunt. Si quis autem absque hac observatione mulierem in sua domo habet, quæ potest ei suspicionem inferre, & semel & secundo a suo episcopo aut a suis clericis admonitus ne cum tali muliere habitaret, ejicere eam de sua domo noluerit: aut accusatore apparente approbetur inhoneste cum muliere conversari: tunc episcopus ejus secundum ecclesiasticos canones de clero eum amoveat, curiæ civitatis cujus clericus erat, tradendo. Episcopum [33] vero nullam penitus mulierem habere, aut cum ea habitare permittimus. Si autem probetur nequaquam hoc custodiens, episcopatu projiciatur, ipse enim se ostendit indignum facerdotio.

CAP. XXX.

De Diaconissis [34].

DIaconissam vero nullo modo cum viro ex quo potest inhonestæ vitæ emergere suspicio, habitare permittimus. Si vero hæc non observet: facerdos sub quo subjacet, admoneat eam, ut omnibus modis talem virum ejiciat e sua domo, si vero hoc distulerit agere, ecclesiastico ministerio, & propriis [35] emolumentis alienata, monasterio tradatur [36], & ibi omni suæ vitæ tempore degat: rebus [37] ejus, si quidem filios habeat, inter se & illos secundum numerum personarum dividendis: ut competentem ipsi mulieri partem monasterium accipiens, eam alat, & regat. Si autem non habuerit filios, omnis ejus substantia inter monasterium ubi mittitur, & ecclesiam [38] in qua prius erat constituta, æqua portione dividatur.

CAP. XXXI.

De his qui in ecclesia episcopo aut aliis clericis injuriam inferunt [39].

SI [40] quis, cum sacra ministeria celebrantur, in sanctam ecclesiam ingrediens, episcopo aut clericis, aut ministris aliis ecclesiæ [41] injuriam aliquam inferat: jubemus hunc verbera sustinere, & in exilium mitti. Si vero hæc facta [42] ministeria conturbaverit, aut celebrare

1 Caufarum mere ecclesiasticarum notio non pertinet ad judicem civilem.
2 Canonica causa, Jul. *hic n.* 461. negotium ecclesiasticum, *ibid.* 3 De rebus dubiis in concilijs episcoporum emergentibus. Jul. *hic num.* 463. 4 Synodum observa ex metropolitano & episcopis ei subjectis. 5 Appellari potest a synodo provinciali ad patriarcham. 6 Forum episcopi observa. Episcopus conveniendus est apud metropolitanum, adde Jul. *hic n.* 464. 7 A metropolitano appellatur ad patriarcham.
8 Forum metropolitani nota. Metropolitanus conveniendus est apud totum Patriarchatum. adde Jul. *hic num.* 465. 9 De episcopis ad judicem vocatis, Jul. *hic n.* 466.
10 Forum nota eorum, qui administrant venerabilia loca. Huc refer Jul. *hic n.* 467.
11 Administratores venerabilium locorum conveniendi apud suos episcopos. Atqui orphanotrophi non sunt obnoxii reddendis rationibus, *Nov.* 131. *c.* 15. *l.* 32. *C de episc.* vide quæ dixi ibid. 12 Μετὰ τὴν ἀκριβεστάτην, post exactionem, Jul. *hic.* in exigendo. *Hal.* 13 Ab episcopo ad metropolitanum appellatur. 14 Appellatur a metropolitano ad patriarcham seu archiepiscopum. 15 Heredes rationibus obnoxiorum, de iis reddendis etiam tenentur, adde Jul. *hic num.* 468. 16 Dic potius, si reperti fuerint Constantinopoli, ut fit sensus, Episcopos & clericos (fi lis nondum contestata est in provincia) Constantinopoli repertos iis conveniri posse, adde Jul. *hic num.* 469.
17 Jul. *hic n.* 470. 18 Jul. *hic n.* 471. Apocrisiarii, qui res agunt Ecclesiarum. *Nov.* 6. *c.* 2. responsales, viri responsarii *cap.* 42. *J. v. Nov.* 123. *c.* 2. 4. 5. Unde & iidem apocrisiarii causa exire ex monasteriis possunt *l.* 29. *C. de episc.* & quidem apocrisiarius, ut dicitur apocrisiarius, *Nov.* 24. *c.* 1. *in fin.* responsarius nuncupatur a Juliano *ibid.* id est, dans responsum vice monasterii *c.* 36. *J.* seu monachorum *c.* 42. *J. h. t.* ut & alias vice magistratus, *Nov.* 24. *c.* 4. & ita judicibus, monasteriis, & episcopis fuerunt sui apocrisiarii, de apocrisiariis adde *c. conveniendus* 1. 9. 7. *c. significasti. de elect.* ubi apocrisiarii fidei Apostolicæ legati,
Suidas in voce διανοεῖ & ὁ ἐγίνετο ἐκεῖ τῶν ἀποκρισιάρων, qui fuit a responsis seu divinis libellis, adde Petr. Greg. 49. *synt.* c. n. 4. 19 *Nov.* 96. *c.* 2. 20 Episcopi officio legati fungi possunt: legati, inquam, vel pro sua civitate vel pro suis ecclesiis, vel pro ordinando Episcopo, J. *h. t.* 21 Vid. *l.* 2. §. 3. *ff. de judiciis.* 22 De executione religiosæ personæ, Jul. *hic num.* 472. 23 *Nov.* 134. *cap.* 9. 24 De sportulis religiosæ personæ Jul. *hic num.* 473. 25 Hinc sumpta est Authentica, *Ord. iudic. C. de episc. & cler.* 26 De episcopis, pro rebus Ecclesiæ non conveniendis Jul. *hic n.* 474.
27 De his qui sportulas exigunt ultra modum statutum Jul. *hic n.* 475. 28 Jul. *hic num.* 476. Goth. Vid. *decisf. Cur. Ultraject.* 58. *n.* 13. & *seq.* Adde *Novell.* 137. *cap.* 1. *in fin.* & *l.* 19. *C. de Episcop. & clerie.* Anf. 29 Vid. *Novell.* 5. *cap.* 8. 30 Ἐπιστάκτου. 31 Vid. tamen *l.* 19. *C. de episc.* 32 Mater cum filiis, soror cum fratre, filia cum parente clerico (non Episcopo) citra suspicionem potest habitare.
33 Episcopi cum illa muliere vetantur hic habitare, Jul. *n.* 477. 34 Quæ scil. cum masculis habitant, & de liberis earum Jul. *hic num.* 478. *Ecl.* 1. *c.* 42. 35 Quæ διόφυα hic Græci appellant, Julianus, beneficia & filiaria. 36 Diaconissas alias fuisse a monialibus, hinc deprehenditur, quod pœnæ nomine diaconissa in monasterium detruderatur. 37 Diaconissæ retinebant administrationem bonorum suorum.
38 Diaconissæ certo numero ecclesiis assignabantur. 39 Si quis inter celebranda mysteria, ministris Dei injuriam fecerit. Jul. *hic n.* 475. 40 Hinc sumpta est Authentica, *Sed nota pure. Cod. de episc. & cler.* 41 *l.* 10. *Cod. de episc. l.* 8. *C. de his qui ad ecclesias confugiunt.* 42 Αὐτὰ τὰ μυστήρια καὶ τὰς θείας λειτουργίας παραβαίνει. *Spring.* Julianus videtur legisse αὐτὰ τὰ ἱερὰ καὶ λειτουργίας, dum vertit, *sed si ipsa sancta oratoria.*

prohibuerit: capitaliter puniatur: hoc ipso & [1] in litaniis [2], in quibus episcopi aut clerici reperiantur, custodiendo. Et si quidem injuriam solum fecerit, is verberibus exilioque tradatur. Si vero etiam litaniam [3] concusserit, capitale periculum sustinebit: & vindicare jubemus non solum civiles, sed etiam militares judices.

CAP. XXXII.

Ne laici [4] faciant litanias sine episcopo & clericis, & crucibus.

OMnibus autem laicis interdicimus litanias [5] facere sine sanctis episcopis, & qui sub eis sunt reverendissimis clericis. Qualis enim est litania [6], in qua sacerdotes non inveniuntur, & solennes orationes faciunt? Sed & ipsas honorandas [7] cruces (cum quibus & in litaniis ingrediuntur) non alibi, nisi in venerabilibus locis reponi: & si quando opus vocaverit ad litanias celebrandas, tunc solum ipsas sanctas cruces accipere eos qui consuete eas portare solent, & cum episcopo & clericis litanias celebrare: hoc custodientibus sanctissimis locorum episcopis, aut etiam eorum clericis, & per loca judicibus. Si quis autem in hoc capitulo præsentis nostræ legis virtutem aut transcenderit, aut non vindicaverit: prædictas pœnas patietur, monasteriorum & reverendissimorum monachorum dispositione.

CAP. XXXIII.

REliquum nobis est & de venerabilibus monasteriis & reverendissimis monachis formam dare. Illud igitur ante cætera dicendum &c.

Transcribitur hic in Græco totum primum caput Novellæ quintæ supra [8].

CAP. XXXIV.

Ut abbas non tam antiquitate quam bona existimatione censendus sit & eligendus.

JUbemus igitur, abbatem [9] aut archimandritam in unoquoque monasterio ordinari, non [10] omnino secundum gradum [11] monachorum: sed omnes [12] monachi meliores opinionis existentes eum eligant propositis sacrosanctis evangeliis: dicentes quia neque propter amicitiam, aut aliam quamlibet causam, sed scientes eum & fide [13] rectum, & vita castum, & gubernatione dignum, & qui possit monachorum disciplinam, & omnem monasterii statum utiliter custodire, eum elegerunt: & sanctissimum episcopum sub quo monasterium constitutum est, eum qui ita electus est, modis omnibus abbatem ordinare. Hæc autem omnia quæ a nobis disposita sunt pro ordinatione abbatum, valere præcipimus & [14] in venerabilibus fœminarum monasteriis & asceteriis.

CAP. XXXV.

De monachis non [15] statim vestiendis.

SI quis autem ad monasticam vitam venire voluerit: jubemus, si quidem notus est quia nulli fortunæ subjacet, abbas monasterii si perspexerit, schema ei præbeat. si vero non cognoscitur, aut cuilibet fortunæ subjaceat: intra tres [16] annos non accipere eum schema [17] monasticum: ut intra memoratum tempus experiatur [18] hujus hominis conversationem monasterii præsul. Et si intra triennium aliquis emeserit dicens aut servum, aut colonum, aut adscriptitium suum hunc esse, aut etiam tanquam fugientem agriculturam, aut quasi aliquid rapientem, aut propter aliquam culpam in monasterium eum ingressum: proprio domino hunc restitui cum rebus quas probatur in monasterium introduxisse: jurando [19] primum, quia [20] nihil patietur a suo domino percipiente. Si autem intra triennium nullus convenerit, aut inquietaverit, aut contra aliquam memoratarum personarum quæstionem fecerit, abbas monasterii post transcursionem triennalis temporis, si talem virum dignum judicaverit: tunc det ei schema, & nullus sit ei postea molestus propter fortunam, donec tamen deget in monasterio. Res autem quas in monasterium introduxisse videtur, illæ sæ domino reddantur. Si quis autem memoratarum personarum reliquerit monasterium, & ad sæcularem venerit vitam, aut in civitatibus, aut in agris circumiens, propriæ fortunæ reddatur.

CAP. XXXVI.

Ut monachi in uno conclavi habitent [21].

IN omnibus autem monasteriis, quæ [22] cœnobia dicuntur, jubemus secundum canones monachos in uno habitaculo [23] omnes separatim dormire, ut mutuum alterutris testimonium castæ conversationis præbeant: nisi quidam tamen ex eis aut propter longævam in monasterio conversationem quiete volentes vivere, aut senectutis atque corporis infirmitatis causa in remotis cellulis [24] intra monasterium constitutis degant: & hoc cum conscientia & voluntate Abbatis [25] fieri. Hæc omnia in monasteriis & asceteriis fœminarum servantibus, in nullo loco nostræ reipublicæ esse [26] monasteria permittimus aliter. Ubi autem monasterium inventur, omnibus modis jubemus viros a fœminis separari, & fœminas quidem in quo sunt monasterio remanere: viros autem aliud monasterium sibimet facere. Si vero plura sunt monasteria, ut necesse non sit nova monasteria ædificare: locorum sanctissimus Episcopus monachos cum monachis, & fœminas cum fœminis separare [27], & in aliis monasteriis congregare procuret. quæcunque vero habentur communia, inter eos secundum competens eis jus dividere. Fœminis autem quemcunque ipsæ elegerint [28] sive presbyterum, sive diaconum, ad faciendum eis responsum [29], aut sanctam eis communionem portandam [30]: sanctissimus episcopus sub quo sunt, deputet, quem rectæ fidei, & vitæ bonæ esse cognoverit. Si vero qui ab eis electus est, non sit presbyter aut diaconus, dignum tamen eum hujusmodi ministerio episcopus judicaverit: ordinationem ei imponat, qui dignus esse videbitur, ut responsa (sicut dictum est) monasteriis distribuat: ita tamen, ut neque sic electus ad responsa fœminarum, in monasterio maneat.

CAP. XXXVII.

Conditionem nuptiarum vel liberorum non extare si quis monasterium ingrediatur.

SI quis sub [31] conditione nuptiarum sive liberorum, sive dotis causa, sive antenuptialis donationis donaverit sive reliquerit suis liberis, sive alii cuicunque personæ hereditatem, sive legatum, aut ab initio pure relinquens eis, oneret eos substitutione, aut restitutione, aut sub una prædictarum conditionum reliquerit, vel donaverit: substitutiones vero vel restitutiones eis fecerit, adjectis conditionibus quibuscunque ex iis quæ superius enumeratæ sunt: sanciimus, si personæ talibus conditionibus subjectæ, sive masculi, sive fœminæ, monasteria ingrediantur, aut clerici, aut diaconissæ, aut asceteriæ fiant: tales conditiones [32] invalidas & pro non scriptis esse, hoc autem solatio & clerici & diaconissæ ecclesiarum fruantur, si usque ad suam vitam in his perseveraverint, ut res sub tali conditione donatas aut relictas, ad pia opera expendant aut relinquant. In personis enim quæ in monasterium vel asceterium ingrediuntur & relinquunt hujusmodi conversationem castam: monasterio aut asceterio ubi a principio ingrediuntur, res sub tali conditione donatas aut relictas, cum alia eorum substantia competere volumus. Si tamen in redemptionem [33] captivorum, aut egentium alimenta sub prædictis condicionibus substitutio aut restitutio fiat: ex nullo memoratorum modo eam excludi permittimus [34].

CAP. XXXVIII.

Ut qui monasteria ingrediuntur, se suaque [35] dedicent monasterio.

SI [36] qua mulier aut vir monasticam elegerit vitam, & intraverit monasterium: filiis non extantibus, monasterio quod ingreditur, res ejus competere [37] jubemus. Si vero talis persona filios habeat, & non antequam intret monasterium, de suis rebus fecerit dispositionem, & legitimam partem filiis deputaverit: etiam sic liceat ei postquam monasterium [38] ingreditur, suam facultatem in proprios dividere filios: ita tamen ut nulli filiorum suorum minuat [39] legitimam partem, quam vero non dederit filiis partem, monasterio competat. Si vero omnem substantiam inter filios dividere voluerit, propria sua persona filiis connumerata, unam sibi partem omnibus modis retineat, quæ debeat juri monasterii competere. Si vero in monasterio degens moriatur antequam inter filios suos proprias distribuat res, legitimam partem filii percipiant: reliqua vero substantiæ pars monasterio competat.

CAP. XXXIX.

Ut solutis sponsalibus per monasterii ingressum simplæ tantum arrhæ reddantur.

SPonsalibus [40] quoque secundum leges factis inter aliquos, sive sponsus monasterium ingrediatur, recipiat quæ pro sponsalibus arrharum nomine sunt data: sive sponsa monasticam vitam elegerit, illa solummodo reddat quæ similiter arrharum nomine accepit: pœna utrique parti concedenda.

CAP. XL.

Si vir aut uxor ingrediatur monasterium.

SI vero constante [41] adhuc matrimonio, aut vir solus, aut uxor sola intraverit monasterium, solvatur matrimonium, & citra repudium, postquam tamen persona pergens ad monasterium schema perceperit. Et si quidem vir elegerit monasticam vitam, restituat prius mulieri dotem, & si quid aliud ab ea receperit, & super hoc ex nuptiali donationis tantam partem quanta ex morte viri competebat mulieri, secundum pactum dotalibus instrumentis infertum. Si vero mulier fuerit monasterium ingressa, simili modo retineat vir nuptialem donationem [42], & casum dotis ex morte mulieris placitum: reliquum vero dotis mulieri restitui præcipimus, & si quid aliud ex rebus mulieris apud eum inveniatur. Ambobus autem monasticam vitam eligentibus, jubemus vacantibus dotalibus placitis, virum retinere donationem antenuptialem, & mulierem propriam accipere dotem, & quicquid aliud viro dedisse probetur: ut unusquisque citra damnum suis fruatur rebus: nisi forte sponsus sponsæ, aut sponsa sponso, aut maritus uxori, aut uxor marito aliquid donare aut cedere voluerit: quoniam neque ex pactis nuptialibus viro aut mulieri lucrari aliquid conceditur.

CAP. XLI.

Ne liceat parentibus exheredare filios qui ingrediuntur monasteria, velut ingratos.

NUllam vero licentiam damus aut parentibus filios aut filiis parentes,

1 Argumentum a perturbatore mysterii sacri, ad enm, qui litanias perturbat.
2 Litanix, supplicationes. 3 Λιτὴν. 4 Λιτὰς. *Scrimg.* quas *Nov.* 67. vocat δημοσίαν περιοδοῦν, *une procession publique.* 5 De litaniis laicorum Jul. *hic n.* 480.
6 Litanix sine sacerdotibus non fiebant. In iisdem tamen orationes & cruces præferebantur, *ut hic*, nocte & die celebrate *l.* 3. §. 1. *C. de haereticis.* 7 Vide quæ scripsi ad Novellam Leonis 72. 8 Jul. etiam hoc caput ignorat. 9 Τὸν ἀββᾶν ἢ τὸν ἀρχιμανδρίτην. *Scr.* ἡγούμενον vocat *Eel. a. tit.* 1. *c.* 2. 10 Jul. *hic n.* 481. 4. *Ecl.* 1. *c.* 1. 11 Οὐ κατὰ βαθμόν, id est, non ejus, qui ordine primus, secundus, tertius, & sic deinceps: sed qui optimus. 12 Abbates eligebantur a monachis. 13 Abbatis dotes. 14 Ut sic. Abbatissæ eligantur a monialibus. 15 *Nov.* 5. *c.* 2. Jul. *hic n.* 483. 4. *Ecl.* 1. *c.* 3. 16 *d. c.* 2. *d. c.* 3. 17 Schema seu habitum monachi observa: erant autem diversi a laicis habitu: diversi, inquam, vestes & tonsura. *Nov.* 5. *c.* 2. *in pr.* 18 Triennium præfinitum probandis iis, qui monachismum affectant. 19 Λόγῳ λαμβάνοντα *Graec hic, hy ayant baillé la parole.* vide *Nov.* 5. *c.* 2. §. 1. 20 *Novell.* 5. *c.* 2. *Novell.* 17. *c.* 14. *l.* 6. §. 5. *C. de his qui ad eccl. confug.*
21 Hoc verbo intelligunt Græci τὸ οἰκεῖν, τὸ καθεύδειν, τὸ τεράπεσθαι. 4. *Ecl.* 8. *c.* 4. adde Jul. *hic num.* 483. 22 Monasteriorum videntur quædam fuisse, non κοινόβια, jo quibus in communione non vivebatur. 23 Οἴκῳ. *Nov.* 5. *c.* 3. 24 Κελλίοις. adde 4. *Ecl.* 1. *c.* 18. de cellulis monachorum dicam ad *Novell.* 133. *c.* 1. 25 Τῷ ἡγουμένῳ. *Scrimg.* Egumeni Jul. *hic.* 26 Ita Græci legunt, κατ' οὐδὲν δὲ τόπον τῆς

ἡμετέρας πολιτείας ἐν οἷς μοναχοῖς καὶ μοναχαῖς οἰκεῖν ἢ τὰ λεγόμενα σύνδικα κοινοβίοις συγχωροῦμεν. *Scrimg.* id est, In nullo nostræ reipublicæ loco concedimus, ut in uno monasterio monachi sint, & monastriæ habitent: & ut appellantur, duplicia sint monasteria. *Hal.* sed nec ea quæ duplicia vocantur. Julian. *hic.* Id etiam constitutum fuit Nicena Synodo 2. *c.* 20. & epistola quadam Cypriani. adde 1. 44. *C. de episc.* 27 Jul. *hic n.* 484. 28 Monasteriis sibi eligebant unum diaconum vel presbyterum, quo utebantur diribitore sacræ communionis, & ad responsa.
29 Εἰς τὸ ποιεῖν αὐταῖς τὰς ἀποκρίσεις. *d. l.* 44. aprocrisiarium intelligit Julian. *hic.* de quo dixi ad *c.* 25. 3. *hic.* 30 Λιτὰς ἁγίας κοινωνίας φέρειν. *Scrimg.* videtur ergo communio sacra interdum ad communicaturos deportata. 31 Hinc sumpta est Authentica, *Nisi. Cod. ad SC. Trebell.* adde Jul. *hic n.* 485. 4. *Ecl.* 1. *c.* 5. 32 Conditio legati, institutionis, donationis ita factæ, *Si sine liberis decesserit*, vel, *Si nuptias non contraxerit*, faciendo vel clericatu impleatur aut potius remittitur. 33 *l.* 49. *C. de episc.*
34 Jul. *hic n.* 486. 35 Alaudia fcil. *ut hic*, & *Novell.* 76. Quid fenda? vide 2. *Fenduron* 21. 36 Hinc sumpta est Authentica, *Si qua. C. de sacr. eccl.* 37 Ipso fcilicet ingressu *Nov.* 5. *c.* 5. 38 Parens etiam post ingressum monasterii, testari potest & hereditatem dividere inter filios. adde quæ dicam ad *Novell. Leonis* 5. 39 Parens, quantumvis monasterium ingressus legitimam tamen cogitur liberis relinquere.
40 Jul. *hic n.* 487. *& 4. Eclog.* 1. *c.* 8. *ad* 11. 41 Jul. *hic num.* 488. 42 Vide Roland. a Valle *de lucro dotis quæst.* 91. Boër. *decis.* 2. *num.* 39. *Jul. cons.* 135. *vol.* 1. Nicol. vand. Hoog. *cons.* 7. *n.* 7. Anf.

secularem vitam sectantes, & relinquentes, velut ingratos [1] a sua excludere hereditate, monasterium aut monasticam vitam subsequutos. Interdicimus autem parentibus filios suos monasticam vitam eligentes, ex venerabilibus monasteriis abstrahere [2].

CAP. XLII.

De monacho monasterium deserente.

SI monachus reliquerit suum monasterium, & in aliud [3] ingrediatur: quascunque res tempore, quo monasterium dereliquerit, habere videbitur: proprio monasterio in quod ab initio ingressus est, eas competere jubemus. Providere autem sanctiss. locorum episcopos, ut neque monachi neque monachæ circumeant [4] civitates, sed si quod necessarium responsum habuerint, per proprios responsarios [5] hoc agant in suis manentes monasteriis. Si monachus reliquerit [6] monasterium, & ad secularem vitam migraverit: hunc militia, & honore, si quem habet, prius spoliatum, ab episcopo locorum & provinciæ judice in monasterium mitti, & res quas postea habuisse probatus fuerit, monasterio, in quod mittitur, competere. Si vero rursus reliquerit monasterium: tunc eum judex provinciæ in qua inventus fuerit, teneat, & subdito sibi officio commoneat [7].

CAP. XLIII.

De raptoribus sanctimonialium.

SI quis rapuerit [8] aut solicitaverit, aut corruperit ascetriam, aut diaconissam. aut monastriam, aut quamlibet aliam fœminam venerabilem habitum habentem, hujus res ex talis sceleris participio jubemus venerabili loco in quo talis fœmina habitat, per locorum sanctissimos episcopos & œconomos eorum, nec non etiam cujuslibet provinciæ judices & eorum officia vindicari. Eos autem qui talia deliquerint, & participes eorum sceleris fuerint, capitale [9] periculum sustinere: talem vero mulierem ubicunque est, cum propriis rebus in monasterio recondi, in quo cautius custodiri possit, ut non rursus in eodem crimine reperiatur. Si vero diaconissa fuerit, & filios habuerit legitimos: legitimam partem dari filiis. Si autem intra unum annum postquam cognoscitur tale facinus commississe, tales res juri venerabilium domorum non vindicentur: jubemus omnibus modis cognitum [10] privatarum fisco nostro has assignare, locorum judice qui neglexerit easdem res vindicare, cingulo privando, & mulctam quinque librarum auri a comite privatarum exigendo.

CAP. XLIV.

Ne liceat laicis & scenicis uti monachi schemate.

OMnibus itaque generaliter in seculari vita conversantibus, & maxime theatralis [11] exercentibus viris ac mulieribus, nec non & prestantibus interdicimus uti [12] schemate monachi, aut monastriæ, aut ascetriæ, aut cujuscunque personæ hujusmodi imitari schema: scientibus universis præsumentibus aut uti tali schemate, aut imitari, aut illudere in quacunque ecclesiastica disciplina: quia & corporalia supplicia sustinebunt, & exilio tradentur: providentibus huic rei non solum locorum episcopis, & qui sub eis sunt clericis, sed etiam militaribus civilibusque judicibus, & quæ sub eis sunt officiis, & locorum defensoribus. Pœnas autem præsenti legi insertas, quæ etiam ex prioribus legibus sunt notæ, non solum in futuris, sed etiam in præcedentibus casibus seu delictis valere, & omnibus modis vindicari sancimus. Per præsentem enim legem nuper dispositas videlicet pœnas in solis futuris temporibus servari jubemus.

EPILOGUS.

† Tua igitur gloria, quæ per præsentem legem in perpetuum valiturum nostra sanxit tranquillitas, per omnia custodiri provideat. Dat. Kalend. Maji, *Constantinop.* JUSTIN. PP. Aug. BASIL. [13] V. C. CONS. missa Petro præfecto prætorio.

TIT. VII.

UT LITIGANTES [14] JURENT IN EXORDIO LITIS, QUIA NEQUE PROMISERUNT DARE JUDICIBUS, NEQUE DABUNT: ET DE SPORTULIS [15], ET UT QUÆ JUBENTUR, REFERENDARII COMPLEANT, ET NON MISCEANT SEMETIPSOS GAUSÆ, ET PER SE EXEQUANTUR.

NOVELLA CONSTIT. CXXIV.

Imp. Just. Aug. Petro gloriossis. sacrorum prætoriorum præfecto.

PRÆFATIO.

PRæsentem legem proferimus, ut & judicum puritas appareat, & non valeat litigantium fastrapum circumvenire leges.

CAP. I.

JUbemus [16] igitur, quoties apud quoscunque judicantes [17] aut administratores, lites aut appellationes examinantur: præ omnibus principales [18] litigantium personas, aut illos ad quos in medium negotium forte migraverit, in præsentia judicum tangentes sancta evangelia, jurare [19], quod nihil penitus judicibus, aut patrocinii [20] causa ipsis vel alii cuicunque personæ pro hac causa quolibet modo dederunt, aut promiserunt, aut postea dabunt vel per se, vel per aliam quamcunque mediam personam: exceptis iis quæ propriis advocatis pro patrocinio [21] præstant, aliisque personis quibus nostræ leges dari disposuerunt. Hæc autem servari præcipimus & in sacro nostro consistorio, quando consultationes intromittuntur, ut sub præsentia sacri senatus memorata sacramenta prestentur. Si autem (ut contingit) aliqui litigantium nequeunt ad judices venire, tunc jubemus præsentes quidem jurare prædictum jusjurandum: ad absentes [22] autem dirigi ex officiis ministrantibus aliquos cum adversa parte, ut eis præsentibus memorata sacramenta similiter præbeantur. Si vero mulier fuerit, quæ propter honestatem vitæ extraneis viris se monstrare non consuevit: tunc & absente adversario, ex officio missos memorata suscipere sacramenta. Si autem abesse partes in aliis locis contingat [23], aut unam earum: præcipimus absentem in provincia in qua degit, jusjurandum modo a nobis dicto sub gestis monumentorum apud judicem provinciæ, aut apud locorum defensorem præbere. Illo videlicet generaliter observando, ut si quis litigantium vel præsens hujusmodi jusjurandum præbere noluerit, & hoc manifestetur judici: per sententiam ejus actor quidem casum actionis, reus autem condemnationem sustineat.

CAP. II.

Si pœnitentia ductus litigator personam, cui aliquid dedit, proferat.

SI [24] quis autem ex litigatoribus dixerit se dedisse alicui aut promisisse, & personam declaraverit, & hoc probaverit: ipse quidem in eventu litis veniam mereatur: qui vero accepit, aut promissionem suscepit, aut ei probetur: si quidem pecuniaria sit causa, quicquid datur, triplum [25]: quod vero promittitur, duplum a comite rerum privatarum exigatur, & dignitatem seu cingulum quod habet, in utroque casu amittat. Si autem criminalis sit accusatio, confiscationem propriæ substantiæ patiatur, & mittatur in exilium, qui propter acceptionem alienum crimen in se transponi festinavit. Si autem datum aut promissum litigator probare nequiverit: juret persona, quæ datum aut promissum dicitur suscepisse, quia neque per se, neque per alium personam aut accepit aut promissionem habuit: & hoc præbito sacramento, ipse quidem liber sit, litigator autem qui non potuit ostendere, in pecuniariis quidem causis æstimationem litis a comite rerum privatarum exigatur: lite quippe eventum proprium sustinente. in criminalibus autem causis confiscationem suarum rerum sustineat, & causæ apud competentes judices secundum ordinem legum terminentur. Si autem a litigatore manifestetur persona, quæ memoratum refutaverit jusjurandum, tam in criminalibus quam in pecuniariis causis, memoratis subjaceat pœnis. Si quis autem litigantium juraverit non dedisse, aut non promisisse, intra decem [26] vero menses post psalatam sententiam numerandos ostendatur dedisse: memoratæ pœnæ & contra dantes [27] & contra accipientes habeant locum. In causis autem quæ per tutores aut curatores aguntur, sacramenta [28] quidem tutores aut curatores præstent. Si qua vero memoratarum pœnarum locum habuerit per talia sacramenta, hanc tutores aut curatores sustineant, nullo [29] ex hoc præjudicio generando iis, qui sub tutela aut cura esse noscuntur.

CAP. III.

De [30] illicitis sportulis prohibendis.

ET hoc quoque præcipimus ab omnibus judicibus tam militaribus [31] quam civilibus in omni loco nostræ reipublicæ custodiri, ut neque magisterianis, neque præfectianis, neque alii cuicunque executori concedant aliquid amplius a quacunque persona sportularum nomine percipere quam nostris legibus declaratum est, nec si sacram nostræ tranquillitatis proferant jussionem. Sed si quidem invenerint aliquid amplius exigentem: licentiam habeant & comprehendere hunc, & includere, & quadruplum exigere quod plus acceperit: ut simplum quidem damnum passo reddatur, triplum vero inferatur ærario. Si autem civilis aut militaris judex sive interpelletur, seu quolibet modo neglexerit læsum (sicut diximus) vindicare: ex sua subsitantia quadruplum secundum prædictum exigetur modum. Ipsam vero pœnam exigi jubemus per comitem [32] nostrarum rerum privatarum. Et competentes judices si cognoverint aliquos ex suis officiis executores sportularum nomine contra nostras leges aliquid exigere: & hoc neglexerint vindicare, damus licentiam exactis nihil amplius exigentibus quam ex nostra constitutione definitum est, dare: & si quid amplius exigere eos voluerint, licentiam habeant eis resistendi [33].

CAP. IV.

Ne judex [34] aliquos ad transigendum compellat.

QUia vero lex tam piæ memoriæ patris nostri, quam etiam nostræ [35] tranquillitatis disposuit nullo modo judices suis sententiis inscribere, tanquam ex imperiali verbo ex non scripto procedente jussum sit aliquos adhiberi, aut præsentari, sed etiam spectabiles referendarios nostras jussiones secundum quod comperit, facere manifestas, easdem leges firmantes, jubemus spectabiles referendarios [36], in causis quas dicent, seu referunt ad nostram tranquillitatem, nullam [37] habere licentiam eos, aut adjutores eorum, vel per se, vel per aliam quamcunque per-

1 Monachi non possunt exheredari, quamvis dum laici essent, in causam ingratitudinis inciderint. *l.* 55. 56. 8. *C. de episcop.* forte militium exemplo, jure nunque antequo non potuerunt exheredari, *l.* 26. *ff. de lib.* ut certissimum fit monachum non posse exheredari ex causa ingratitudinis, quæ monachismum antecefferit. vide Cujac. 12. *observ.* 26. *in fin.* quod & a Gratiano relatum 19. *quæst.* 3. *c.* ult. 23. 3. *c. non licet.* Idem omnino extat apud Harmenop. 5. *tit.* 9. *in fin.* Atque ita fallitur Accurf. *Nov.* 5. *C.* Alciat. 3. *parerg.* 23. negans hoc jure civili constitutum. His adde quæ scripsi ad *l.* 56. 6. 1. *C. de episc.* Idem adversus Alciatum tenet Emanuel a Costa *in repetitione l. Gallus Aquilius*, 29. §. *Et quid si tantum.* §. *num.* 195. 196. 197. 198. *ff. de lib. & posth.* Et ita monachismo detestur ingratitudo erga parentes: & e contrario. 2 *d. l.* 56. 8. 1. Jul. *hic n.* 490.
3 *Novell.* 5. *c.* 4. Jul. *hic num.* 491. 4. *Ecl.* 1. *c.* 13. 4 Vide Jul. *hic num.* 492.
5 Διὰ τῶν ἀποκρισιαρίων *Scrimg.* per aprocrisiarios. Jul. *hic.* 6 Jul. n. 493. *Ecl.* 1. *c.* 15. 7 Videtur legendum, *connumeret.* Nam hic Græci legunt, συναριθμείτω, ut pœna deserteris, de qua *Nov.* 5. *c.* 2. fit & in secundo deserto. 8 Jul. *hic n.* 494.
9 Stuprum vel incestum cum moniali pœna capitis puniri hinc colligunt. vide Clar. 3. *fini.* §. 5. *fornicatio*, *vers. cum monialibus*, & tamen idem *ibid. vers. cum presbytero*, sentit mulieri non esse facieliegum aut capitale, si cum presbytero rem habuerit. 10 Vide *ibi. C. de off. comit. rer. privat.* 11 Τοῖς τὰ σκηνικὰ μετεχομένοις. *Scrimg.* & 4. *Ecl.* 1. *cap.* 17. adde Jul. *num.* 495. 12 *l.* 4. *C. de episc. aud.* 1. 9. *ff. de injur.* & *c.* 17. Jul. *hic.* 13 Id est, anno 541.
14 Jul. *const.* 122. de litigatoribus *Index Regina.* περὶ τῶν δικαζομένων Græci hic.
15 Huc refer c. 3. 16 Hinc sumpta est Authent. *Principales*, *C. de jurejur. propter cahum.* 17 Quinimo & hoc in consistorio Principis fit. *infr. hic.* 18 Id est, ante omnia. 19 Vide Plin. 5. *epist.* 7. *Eclog.* 307. *tit.* 4. *cap.* 6. 20 Προστασίας χάριν. 21 Id est, exceptis honorariis advocatorum. 22 Id est, qui in forum non venerunt. 23 Mittitur nonnunquam ad domum litigatoris, ut juret, vid. *l.* 15. *ff. de jurejurando.* vide *Nov.* 123. *c.* 7. 24 Hinc sumpta est Authentica, *Novo jur. C. de pœn. judicis qui male judicavit.* 25 Pœnam judicum observa, qui quid judicandi causa accipiunt. 26 Ἐντὸς δὲ τεσσάρων μηνῶν. *Scrimg.* intra 4. menses. vid. Cujac. *c.* 6. *de præscript. in fin.* 27 Dantes & accipientes æque puniuntur. *l.* 31. *C. de episcop.* 28 Tutores & curatores jurare possunt pupillorum & adolescentium nomine *l.* 2. §. 2. *C. de jurejur. propter calum.* Jurant autem de calumnia, de non ditapecunia judicibus, id est, de conscientia sua. Possunt pupillorum nomine jurare in litem? possunt, vid. *l.* 4. *ff. de in litem jur.* 29 Peteratis tutoris aut curatoris, non nocet pupillo vel adolescenti. 30 Ut inhibeant judices supra dictum modum sportularum exigi. fol. *c.* 529. 31 7. *Ecl.* 4. *c.* 6. §. 4. Jul. *hic n.* 529.
32 Vide *tit. Cod. de off. com. rer. privat.* 33 Executori injuria licet resistere. a de Jul. *hic n.* 530. adde *Nov.* 8. 17. 86. 34 Referendarius fcil. *infr. hic.* 35 *l.* 2. *C. de mandatis principum.* 36 Jul. *hic n.* 532. 37 Referendarii munus est, referre desideria supplicantium ad Principem, & inferre judicibus sacram jussionem, non immiscere se causis, multo minus prehendere, satisdationem exigere, adigere eos ad pactionem aut transactionem aliquam: si ita est, Referendariis similes erunt (quos Galli vocant, *Maîtres des requêtes de l'hôtel du Roy*) huc refer *Nov.* 10. quæ *de referendis*, *Eclog. Novell.* 113. *c.* 1.